



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 145. Sessio XIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](#)

§. CXLV.

Sessio decima nona.

Sæcul. XV.

A.C. 1415.

Die XXIII. Septembris hæc Sessio, ordi- *Labbe Conc.*
 ne decima nona celebrata est, cui pro *tom. 12. p.*
 more Cardinalis Vivariensis præfuit, Epis- ^{164.}
 copo Affissinatensi rem divinam peragen-
 te. Absolutis solemnibus alias confue-
 tis, ante omnia Hieronymus Pragensis
 coram Patrum coetu sistitur, publice Wi-
 clesi ac Joannis Husi articulis anathema
 dicturus. Cardinalis Cameracensis illius
 formulam his terminis conceptam legit.

§. CXLVI.

Hieronymi Pragensis recantatio.

Ego Hieronymus de Praga, liberalium ar- *Ibidem.*
 tium Magister, cognoscens veram, Ca-
 tholicam, & Apostolicam fidem, anathema-
 tizo omnem hæresin, præcipue eam, de qua
 haec tenus infamatus fui, & quam præteritis
 temporibus dogmatizaverunt & tenuerunt
 Joannes Wicles, & Joannes Huss in suis
 opusculis seu libellis, aut sermonibus ad Cle-
 rum & ad populum. Propter quam caus-
 sam prædicti cum suis dogmatibus & errori-
 bus damnati sunt ab hac sacrosancta Con-
 stantiensi Synodo tanquam hæretici, & eo-
 rum doctrina similiter damnata, maxime in
 nonnullis articulis expressis in sententiis per
 hoc sacrum Concilium contra ipsos latis.
Con-